



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XCI. Florentina fideicommissi de Albertis, De theorica Cumani in I.
cum it à §. in fidercommisso ff. de leg. 2. An scilicet vocatio alicujus
alicujus eiusque filiorum expiret in orimo & per ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Et quartus, quod in casu existentia filiorum masculorum Alloysij & Caroli primi institutorum, ultimo eorum defienti substituit pro medietate alias feminas dicti masculi defientis, & in alia medietate dictam Eleonoram, earumque respectivè filios & descendentes, quibus deinde defientibus substituit dictam Societatem, quam ita liquidò constare observabam, subsidiariè, ac ultimo loco vocatam esse post defectum proprium sanguinem, quodque ubi cessatis masculis, unus tantum feminarum ordo adesse, tempore filii ultimi, & dicta Eleonora, aequalē voluit esse eorum conditionem in universa hæreditate, & sic cessabat illa identitas rationis, cui dicta præsumptio innixa est.

Clarius vero, quoniam dicta quæstio propriè percutit casum omnimodæ caducationis, ob quam bona efficerentur libera & transitoria ad hæredes extraneos in totalem exclusionem causæ pia substituta, quo casu magis strictè procedendum videatur; Secus autem in praesenti, quod admisisti etiam in hac portione prædictis Eleonora & filiabus Caroli, earumq; descendenteribus, post omnes defectos, adhuc eadem causa pia substituta est, unde propterea non est dare omnimodam caducationem substitutionis, sed solum quamdam ejus dilationem casus omnino extituri, dum pia causa nunquam deficit, concedendo juxta verisimilem testatoris voluntatem prælationem proprio sanguini, quo casu magis benignè procedendum venit, ut præsterim advertitur in Romana fideic. de Glorierij disce. 41.

Ideoque concludendum videtur, ut insinuatum est, istam quoque esse quæstionem potius facti & voluntatis quam juris, cuius inspectio caducationem ad effectum firmandi regulam seu præsumptionem in dubio, transferentem onus probandi ex conjecturis, aliisque circumstantiis diversam voluntatem tanquam limitationem regula, & circa quod neque omnino certa, & infinita decisio statui potest, sed ad instar omnium aliarum consilialium quæstionum voluntatis, decisio pender in singulis casibus ex eorum respectivè particularibus circumstantiis, prudentis judicis arbitrio pensandis; Et sic conclusio deducta ex secunda magis recepta opinione reprobante illam Oldradi ac sequacium deservit solum ad inducendam regulam super præsumpta voluntate, ex contrariis præsumptionibus cessare debentem; Atque ita, vel disputando, vel consulendo pro veritate diversimode in pluribus aliis causis sub ista quæstione cadentibus diversimode unam, vel alteram opinionem, reflectendo etiam ad solam veritatem, tenere vixum est, prout diversa facti qualitas exigebat.

Responsum ad causam,

De theorica. Cumani in l. cum in fideicommisso ff. de leg. 2. Ad licet vocatio alicujus ejusque rum expiret in primo & per garem, vel habeat tractum cessivum per fideicommissarium.

S V M M A R I V.

1. **O**ccasio scribendi.
2. De questione an vocatio alicujus filiorum intelligatur per vulgariter in primo vel si per fideicommissum.
3. Quod regulariter conjecturatur per vulgariter distinctione verborum justa nem Rota.
4. Idem in sensu doctorum cum ampliatio-
5. De stylo Consilientium in his questionibus.
6. Referuntur alij de materia agens, & opinionem tenentes.
7. De contraria opinione, & de distinctione inter nosse determinatum, & iudicatum.
8. Quando haec opinio videatur recipienda.
9. Quod distinctione resultans ex formulae sum non sit attendenda.
10. De verbo pervenit, quod conveniens estius quam fideicommissaria.
11. Quomodo index debet gerere in ipsius auctoritatibus facientibus pri Castren pro fideicommissaria.
12. Regula de quânum. 3. limitatur ex modis.
13. Recensetur aliqua conjectura.
14. Imperfectio voluntatis attendatur eius statmentis inter liberos, & alij factis.
15. De differentia inter progressum fiducie inter descendentes, & transversales.
16. Refelluntur conjectura de quibus non serviri quod à dispositis cum defensio non infertur ad transversales.
17. Clausula in stirpes an inducat conjectura quando.
18. Quando prohibitio alienationis inducatur.
19. An ex sola vocazione masculorum redditura sufficiat.
20. Quare regula habeatur in conjectura.
21. De ratione ob quam conjectura de qua 19. non sit considerabilis in Contra rentia.
22. Qualitas bonorum in proposito summa est.
23. Expendantur conjectura suadentia nomen fideicommissaria.
24. Sufficit conjectura hincinde sustinuerit bio contra fideicommissum.
25. Quid in hoc importet compendia.
26. Ex vocazione activa non inferri alii videntur.

D I S C . X C I .

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

DE ALBERTIS

P R O

MARIA UGOLINA DE ALBERTIS.

P endente ista causa in Rota Florentina, situs fui ex parte Maria Ugolina de Albertis scribendum more Advocati ad causas oppo-

tatem super facti notula, eidem requirenti, ut sapere contingit restituta, unde propterea in his adnotacionibus ad veritatem, non potui super hoc responsso ita dato efformare judicium, cum hoc pendeat à distincta notitia facti sine qua illud efformari non potest, proindeque in causis extra Curiam id non de facili sequi potest; Quia tamen dictum responsum plura continet ad hanc materiam theoricam Cumani à probabilitate non aliena, idcirco, præter tamen stylum, adnotatur ipsum responsum prout datum fuit, suspendingo tamen proprium judicium circa applicationem conclusionum ad causam, ipsumque sequitur, videlicet.

Præluppolito factò &c. Resolutio penderet à questione tractata per scribentes in l. Gallus §. quidam relèff. de vulg. & l. cum ita §. in fideicommissoff. de leg. An illicet vocatio aliquis ejusque filiorum & descendenter censeatur per vulgarem, ita ut in primo admissio expiter juxta opinionem Cumani, & sequacium, vel potius per fideicommissariam in universa descendenter juxta opinionem Caſtrenſis & aliorum, qui eum sequuntur, de quibus pro utraque sententia latè Fusar. subſtit. q. 382 & 479.

Ita quæſtio in mero puncto juris ac abstractè sumpta, apud bonos & versatos forenses non mereatur amplius disputationem, cum in foro, præſertim in Rota Romana, ceteris facti circumstantiis diversam defuncti voluntatem suadentibus, receptissima sit opinio Cumani, ut vocatio censeatur per vulgarem, non curatis distincti, onibus Socinianis & aliorum super verborum formulis, sub quibus usus substitutio concepta est. An scilicet per verba directe seu communia, vel obliqua. Neque personarum generis, an sit unius vel plurium graduum complexum, quoniam indeſinita opinio Cumani perpetuò recepta fuit in Rota pro regula, ut post alias decisiones antiquiores plenè dec. 257 n. 2 & per tot par. recen. dec. 221. & 326 utroque n. 6. par. 5. decif. 212. & 264. par. 4. dec. 366. n. 9. par. 10. m. 2. coram Gregor. dec. 207 num. 1. ubi latè Adden num. 9. In Bonon. fideicommissariis de Giuditiis 24. Ianuarij 1648. coram Arguelles, ubi dicitur quod perpertua Rota sequitur etiā hanc opinionem, decif. 190 num. 8. par. 11. recent. & sapè in aliis, arque admittitur in decisionibus emanatis in Florentina de Detis quo sunt 125. & 143. p. 1. recen. pro fideicommissaria vocatione magis facientibus, ad eos ut si præsens disputatione esset in Curia, superfluum reputaretur auctoritates desuper cumulare, cum dicta opinio Cumani passim præsupponatur pro regula.

Illaque in puncto juris veriorem esse, ultra supradictam Rotæ auctoritatem, latè comprebant Menoch. conf. 87. num. 82. cum sequent. & lib. 4. præsumpt. 71 per tot. & alii per Fusar. d. q. 482. num. 1. cum sequent. qui num. 19. relatis aliis contrariantenibus, eorumque fundamentis, hanc dicit veriorem, & recentam, quod repetit num. 43. ubi in specie adverbit eam esse veriorem, sive agatur de vocatione collectiva plurium graduum, quod etiam affirmat d. quæſt. 479. num. 53. 88. & alibi; Atque d. quæſt. 82. num. 19. declarando dicta per seipsum in consilio, adverbit se in iis casibus motu suisse ex conjecturis ibi militanteribus; Consilientum etenim in his terminis mos est, ut idem Fusar. adverbit, regulam in puncto juris pro se deducere, non ut in ea constituant fundamentum, quod principaliter in conjecturis & facti circumstantiis constitui solet, sed ut regulæ cedere non videantur; Dictamque Cumani opinionem post Fusar. & alios per eum alle-

gatos, latè etiam veriorem, quamvis de nomine collectivo plurium graduum ageretur, bene comprobant Maria de success. p. 1. q. 21. art. 3. n. 35. cum seq. Surd. dec. 34. o. Redenæſe conf. 10. m. 3. & seq. amplè Cæſtrenſis lib. 5. controv. jur. cap. 100. n. 17 & 24. ubi & præcedenti n. 7. ad fatigatam cumulantur omnes materialia tractantes, ac utriusque opinionem tenentes, in quibus proindepende expendendis, vel refellendis inanis labor videtur, styllo, & occupationibus Romanis. Curia omniō incongruus, cum revera in nude puncto juris, circumscripsis conjecturis & circumstantiis facti, opinio Cumani sit receptissima; Et si benè considerentur auctoritates, quæ in contrarium deduci solent, præſertim Consilia & Decisiones, constabat illas juxta adnotationem Fusar. loco sup. cit. in diectis conjecturis & facti circumstantiis fundari, quamvis ad super abundantiam regulam pro se statuerit conservari.

Et quidem potissima ratio, in qua sequaces Cæſtrenſis juxta distinctionem Socini fundari solent, inter nomen collectivum determinatum & indeterminatum, stat in eo, quod impossibile videatur omnes dicti generis personas uno tempore natus esse, ac per vulgarem admitti, ut per Decian. conf. 1. n. 244. cum seq. lib. 1. & alios hujus opinionis sequaces; Verum debilissima est ista ratio, quoniam Vulgaris est recte verificabilis in illis dicti generis personis quæ de tempore evententis conditionis extabantur, ut per Menoch. & alios ut supra; Et in specie verbo descendenter benè Redenæſe. d. conf. 10. n. 20. cum seq. Quod indubitate videtur, quoties primus substitutionum gradus plures continet gradus, & personas, ita ut remotissimum etiam tempus respiciat quando incertum est, an primus substitutus, vel ejus filii, seu ulteriores descendentes sint extirpi, ideoque testatores ad caducationem evitandam plures personarum gradus prudenter considerantur.

Objectum autem procedere posset, quoties primus substitutionis gradus esset terminatus ad certam personam, ita ut conditionis purificatio verisimiliter brevi tempore sit evenitura, tunc etenim, cum secundi substituti vel ejus filiorum existentia sit verisimilis, superflua videtur ulterior vocatio descendenter, unde intrare potest forsitan conjectura voluntatis, quod testator descendentes vocando, voluerit inter eos fideicommissum inducere, & in his terminis loquuntur plerique ex illis, qui pro contraria deduci solent, præſertim Rauden. dec. 31. n. 262. cum seq. in propulo ponderandis; Sed ubi secunda substitutio longissimum tempus respicere potest, quando incertum est, quisnam generis vocati gradus superesse possit, tunc nulla subest ratio, quæ dictam distinctionem salvet; Unde meritò in allegatis Rota decisionibus, atque per Menoch. Fusar. Redenæſe. & alios indistincte recepta est opinio Cumani, sive nomen collectivum sit finitum ac determinatum ad certos gradus, sive etiam indeterminatum; Immo etiam ubi substitutio facta est certa & determinata persona, adhuc tamen intelligi per vulgarem, quamvis aliquis & ejus descendentes vocentur benè tanet idem Cæſtrenſis conf. 434 volum. 4.

Distinctio autem per aliquos deduci solita ex formula verborum, pariter juxta magis receptam sententiam in foro non videtur amplius confidabilis, ex ea viva ratione, quod potius substantia voluntatis attendi debet quam cortex & figura verborum, quæ sapè sapis, Vel ab imperitis No-

LUCA
mentis
cat.
VI

tariis, Vel ab ipsis testatoribus hujusmodi formularum ignaris concipi solent, ut in specie constat in isto testatore, qui in scriptura preparatoria secundi testamenti, verba directa, & communia eodem tempore adhibuit, eaque confundendo pro synonis habuit.

Verum quando super verborum formula standum esset, adhuc tamen essent magis in tuto iura Mariæ negantis fideicommissum, quoniam testator in primo testamento condito de anno 1408. (quod in preposito est attendendum, ut infra) uictus verbo, proveniat, ibi, allora & in quel caso lascio è voglio che la mia heredità & beni pervinghino à Lorenzo è Bernardo &c. Verbum enim pervenire actum momentaneum regulariter denotat, id eoque vulgari magis quam fideicommissariae convenit, ut punctualiter ac in terminis individualibus Peregr. cons. 33 num. 14 & 24. cum sequen. lib. 3. quem referunt & sequuntur Redenfse d. cons. 10 num. 16. cum sequen. & Fufar. d. quast. 382. num. 34. ubi in fine conciliando d. cons. Peregrin. cum dec. 111. ejusdem, recte advertit dictam decisionem potissimum fundari in verbo, in perpetuum ibi adjuncto, quod tanquam habens tractum successivum operatur recessum à regula, & inductionem fideicommissi.

Ideoque oculatus judex in perpendendis auctoritatibus Consilientium ac Decidentium juxta monitum Fufar. d. quast. 382. num. 19. immorari non debet in regula, quam si simpliciter afferunt, sed in circumstantiis, in quibus eorum præcipuum constitutum fundamentum, ut præsternim constat apud Decian d. cons. 1. lib. 1. num. 258. cum sequent. ubi ponderatur dictio semper, de cuius natura est denotare diversitatem ac pluralitatem temporum, & causum, atque continuam & aequalem dispositionem in omnibus; Idemque habemus apud Raudensem dec. 31. num. 258. cum sequen., ubi in conjectura principaliiter se fundat, ac apud alios, si bene considerentur.

Quæstio igitur potius est facti quam juris, an scilicet veriemur in casu simplicis regule juxta dictam opinionem Cumani, vel potius in casu limitationis, quæ ex ejusdem Cumani traditione passim recepta est, ubi scilicet concurrunt verba denotantia perpetuitatem, ac tractum temporis successivum, vel aliae conjecturæ & circumstantiæ, qua diversam disponentis voluntatem suadeant; His enim concurrentibus non dubitatur intrare fideicommissariam inter omnes, ut apud allegatos in hoc concordantes.

In casu autem de quo agitur, attento primo testamento, quinque conjecturæ deducibiles videntur pro fideicommissio; Prima nempè resulans ex præcedenti fideicommissio ordinato inter omnes testatoris descendentes, quasi quod idem parifomiter in transversalibus ordinare voluerit; Secunda ex qualitate masculinitatis in filiis & descendentes Laurentii & Bernardi desiderata, unde contemplatio agnationis defini videtur; Tertia ab exclusione fœminarum tam ab ipso testatore quam ejus filiis & descendantibus procreatarum; Quarta ex clausula in stirpes & non in capita; Et quinta ex prohibitione alienationis bonorum stabilium adjecta ratione perpetuæ conservationis in familia.

Et licet ex secundo testamento anni 1482. alias conjecturæ forsan deduci possent, præsertim ex illis verbis per ordine successivo, & ex alio verbo, dico, at-tamen ultra plures responses, quæ dari possunt, illa sufficit, quod hoc non est testamentum, nul-

lamque testamenti formam habet etiam brevios, sed est nuda & informis preparatio impensa, ne dum imperfectione solemnitas, & fidelis imperfectione voluntatis juxta famigeratum Oldradi 119. cum aliis per Modern. Rad. de lauro cap. 9. num. 470. cum sequent. & Cefal. lib. 4. trov. iuri cap. 21. per tot. & præterum non sequent. Siquidem ex ejusdem scripture intus stat, illam, partim testatoris, & partim personæ manu conscriptam ad perfectiorum ducentam esse cum futura ejusdem subscriptione & rogatu notarii Simeoni, & constat evidenter imperfectionem confitit voluntate, atque istam scripturam continet præparatio nem, quæ de jure nullus effugias, ut in sua materia sub tit. de testam. Quod prætensi fideicommissarii agnoverunt, dum vim hujus secundi testamenti, sed in vice conditi de anno 1468. immisionem petiverint.

Quatenus ergo pertinet ad prædictas quæ conjecturas, quas ex primo testamento colliguntur; Pro illarum efficacia pondere præmittendum est, longam esse differentiam fideicommissum descensivum & transversale, modo enim casu facilius inducitur, aquila sufficiunt conjecturæ, secus autem in ferme quo efficaces ac pernecesse concludentes reruntur, cum naturali, ac etiam politica affectu magis ducamus ad conservationem bonorum nostris descendentibus donec extant, quæ transversalibus, ut in his terminis Peng. d. num. 27. lib. 3. Et generaliter de difference etiarum inter descendentes & transversales consimilibus terminis fideicommissi includuntur filios in conditione positos Manic de confid. 11. tit. 2. num. 2. Buratt decis. 385. num. 2. ubi post den circa primi vetus. Et licet &c. cum similibus in terminis recessus à conf. Oldradi 21. colliguntur Adden. ad decis. 622. par. 4. recen. tom. 20.

Prima igitur conjectura est levis, quod gravamine injuncto descendenteribus non refertur ad transversales, ut punctualiter Peng. d. num. 33. lib. 3. num. 24. & seqq. & ali per Fufar. d. 382. num. 61. & sequen. num. 53. bene Redenfse d. 10. post num. 40. vers. non denum cum sequen. Quimodo potius conjectura contraria defini potest, quia dum in prædicti proprietate descendenterium ordine testator successivum fideicommissum quando voluit ordinare scivit, ita in prædicti nasset si voluisse.

Quarta & quinta pariter nullius videntur considerationis, quoniam clausula in capitulo in stirpes, eatenus est considerabilis, quatenus hanc dictiō semper juxta casum Deciani conf. 1. lib. num. 258. sive alia verba perpetuitatem ac tractum temporis denotantia, cum alias recte suæ veritatis in vulgaris in concursu neponum ex fæmine defuncto cum patruis in ipsa prima vocatio, per Fufar. quast. 479. n. 84. & 16.

Et de prohibitione alienationis, illa poterit torqueretur, quoniam ex contextu testamenti illam ad proprios descendentes esse restringit, verbum *familie* stare pro effectiva, non auctoritate contentiva, ut clare probant illa verba, *boni bibisco* expressamente *alienatione* &c. prædicta semper fanno nella mia famiglia, & tempo propter i miei figli & descendenti maschi legittimi & naturali, ne possino in alcun modo contrattare, se non tra i ro medesimi, & contra facendo possa quilla di più.

delli miei figli, & descendenti dimandare la cosa contraria, è non dimandandola, la lascio al figlio maggiore di Otto, & questo non dimandandola, la lascio al primo figlio di Bernardo, & non haendo effetto la sua dimanda la lascio all' Hospital de l' Innocenti.

Ex isto enim contextu aliquid constat, testatorum cogitatione de prohibitione alienationis quoad filios & descendentes tantum, non autem quoad transversales, & tamen de ipsis in eadem dispositio- ne cogitavit; Et quod magis considerandum est, in calu contraventionis, non vocavit omnes illos, qui erant substituti in calu mortis, sed solum filios maiores Otti & Bernardi, spretis aliis istorum descendenteis, ac iusta etiam universa linea Laurentii, ideoque ex isto modo disponendi palpabilis meo iudicio resultat conjectura exclusiva fideicommissi perpetui & successivi in descendantibus dilectorum transversalium, cum omnis ratio postuleret, eandem ac majorem prohibitionem in ipsis si fideicommissum in eis considerasset, ut ad sensum; Ut enim verba in proposito operentur, directa esse debet ad ipsas personas, inter quas pretenduntur induci fideicommissum non autem ad personas diversi generis expressae gravatas, ut per Fusar dicta quest. 18. num. 53 & quest. 479. num. 56 Redenasc. dicto conf. o. num. 12 cum sequent. Rot. decis. 357. num. 5. par. 1. recent.

Al quam efficacia apparentiam habere videntur secunda & tertia conjecturae, quasi quod per illas videatur contemplata agnatio, verum adhuc inefficaces reputariuntur; Licit enim aliqui eam praesertim à masculina qualitate resultantem admiserint frequentiori tamen calculo rejiciunt, ut constat ex congestis per Menoch. conf. 85. num. 102. & conf. 28. num. 74. per Fusar. d. quest. 382. num. 49. cum sequent. & quest. 479. num. 105. Redenasc. conf. 10. num. 40.

In materia conjecturarum certa regula tradit non potest, cum tota penderat ex prudentis judicis arbitrio, ab earum numero, necnon personarum, locorum & rerum circumstantiis regulando ex plene deducitis per Castill. lib. 4. contrav. cap. 23. & 24. Unde sapienter videmus in uno calu aliquas conjecturas admitti, in altero vero easdem ac majores rejici, quia nempè in uno nihil urget in contrarium quod illarum efficiaciam tollat sicut in altero, ut si frequenter eos ead. it.

In calu autem, de quo agitur, si attendimus numerum conjecturarum ille est modus, quia in effectu non nisi iste due ultimo loco relata sunt considerabiles, si efficiaciam, sunt dubiae dum magis communiter refelluntur, ut supra; Atque si alibi debiles & equivoca reputantur, multò magis in Civitate Florentia, in qua forte singulariter ad universam Europam Statuta antiquis duodecim tabularum legibus magis accidunt, atque feminas per remotos agnatos usque ad octavum ac respectivè sextum gradum excludant, ut in sua materia sub tit. de successionibus, unde exclusio feminarum cum prælatione masculorum quamvis remotiorum videatur ex more regionis; Si qualitatem personarum, & pariter major illarum necessitas requiritur, cum agatur inter transversales ut supra dictum fuisse. Et tandem si qualitatem bonorum, idem dicendum, quia nulla adest res, cuius testator ex particulari affectione perpetuam conservationem in omnibus vocatis desideraverit cum respectu domorum & stabilium, hujusmodi desiderium ad solos filios.

& proprios descendentes restrinxerit ut supias; Qualitas enim bonorum, ac ampla prohibito alie- nationis respectu omnium vocatorum juncta cum 22 qualitate masculinitatis, & aliis conjecturis sicut potissimum fundamentum in illa Florentina de De- this, in contrarium allegari solita decis. 125. num. ultim. & plenius decisione 143. per rot. part. I. re- cent.

In contrarium vero urgent plures conjecturæ magis stringentes, Prima nempè resultans ex dicto 23 verbo perennat, quod tanquam momentaneum, fideicommissum excludit ut supra probatum fuit ex Peregrin. conf. 33. numer. 34. libr. 3. Fusar. quest. 382. numer. 34. Redenasc. conf. 10 numer. 16. & aliis; Secunda ex restricta prohibitione alienationis ad solos filios & descendentes proprios, ea nullatenus curata in transversalibus; Et tertia, quia ubi testator voluit ordinare fideicommissum, facere scivit.

Neque opus est inspicere, an hujusmodi conjecturæ sint contraria efficacia, sufficit enim illas hincidè confluere, ut eis ad invicem con- quassatis, vel debilitatis, firma maneat regula, 24 maximè pro reo & possidente absolvendo ex de- ductis per Castill. lib. 4. contrav. 22. Sufficit namque rem redi dubiam, ut in dubio contra fidicommissum respondendum veniat Ottob. decis. 255. numer. ultim. Romana fideicommissi de Ferratini 19. Novembris 1646. & 29. Martii 1647. coram Peu- ringero, Avenonen. fideicommissi 12. Aprilis 1652. coram Celsio inter duas decis. 145. numer. fin. & in alia.

Quæ exadverso dici solent de compendiosis sunt penitus extra punctum, tunc enim compendiosa est considerabilis, quando adiecta est per 25 viam gravaminis illis personis, inter quas fideicommissum reciprocum, & descendensum pre- tenditor, securi si adiecta sit alia in primo substi- tutionum gradu vocatis, quoniam ex vocatione activa non infertur ad passivam, ut bene decis. 57. num. 6. & 7. par. I. recent. Redenasc. d. conf. 10. num. 6. cum sequent. Atque in hoc stat equivocam clarum, quia testator per compendiosam sub- stituendo ejus filii & descendenteribus, censemur inter ipsos omnes fideicommissum induxisse, sed non per hoc resultat, ut idem censemur reperi- tum in alio substitutionum gradu postmodum ordinato, dum ad ulteriore gradum deinde non processit, & sic respectu transversalium nulla adest compendiosa passiva sed solum acti- va. Hac scilicet bebam tanquam Advocatus in causa disputata extra Curiam, in qua pro- inde nullum matrum iudicium pro veritate efformare potui.